



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Argvmentvm Epistolæ Beati Ivdæ Thadæi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

EPISTOLAE IOANNIS.
ARGVMENT. POSTERIORVM
EPISTOLARVM BEATI
IOAN. APOSTOLI.

2 **G**RATVLATVR *fideli ecclesiae, quod receperit ueritatem. In hac uero ut perseveret et sese mutuo diligat, & a pseudoprophetis sibi caueat, hortatur.*

3 **G**RATVLATVR *Caio quod in recepta ambulet ueritate, beneficentiamq; exerceat in fratres. Perstringit Diotrephen & commendat Demetrium.*

ARGVMENTVM EPISTOLAE
BEATI IVDAE
THADAEI.

IVDAS quē *Matthaeus nominat Lebbæum cognomento Thadæum, dicitur fuisse frater Iacobi Alphaei & Simonis Chananæi, uixit adhuc, si Eusebio Egesepum citanti credimus, temporibus Domitiani, aliquot annis post sublato dominum apostolos. Proinde quod in corruptissima incidisset tempora, sed & spiritu praenideret quid porro futurum esset, hanc scripsit epistolam, in qua hortatur sanctos ut et ipsi in pura religione perseverent,*

seuerent, et alijs quoq; adiuuamento sint quo possint perseuerare, & ut ueritatem euangelicam exprimant bonis operibus, caueant autem ab impostoribus, quos hic depingit graphice exitium ipsis interminans. Pleraq; uero mutuauit ex posteriori epistola Petri. Nec id quidem cuiquam nouum uideri debet. Videmus enim & prophetas posteriores priorum legisse orationes & libros, atq; adeo usurpasse & multa illorū in sua retulisse scripta. Ergo quæ hic attinguntur parcius, paulò fusius tractantur in epistola Petri.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly a signature or date.